

Alte Drucke

**M. TVLLII CICE-||RONIS OFFICIORVM LIBRI || III. Opera &
diligentia Vuolffgangi Ane-||mœcij ex uetustissimo codice,
plusquàm in cen-||tum locis ...**

Cicero, Marcus Tullius

Coloniæ, 1537/1538

VD16 C 3185

Erasmus Roterodamus Ornatissimo Iacobo Tutori, inclyte civitatis Antverpiensis
Pensionario S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150013

ERASMVS ROT.

RODAMVS ORNATISSI

mo Iacobo Tutori, inclytę ci

uitatis Antuerpiensis

S. D.

Q Vemadmodum qui sunt à scorpijs iecti, solēt
ab iisdem remedium petere, ita mihi cōueni-
re uidetur, Iacobe iuriconsultoꝝ eruditissi-
me, ut qui literis fumus addicti animi lassitudinē, aut
corporis affectionē ē studijs grauioribus contrāctā,
ab iisdem studijs, sed amōrioribus recreemus. Etenim
qui uere studiosi sunt, per omne uitam nihil aliud a-
gunt, quādiu licet illis suo arbitratu uitā cursum mo-
derari, nec tam intermittūt studia, q̄ remittunt, & re-
laxant aliquoties ingenium, cessant nunq̄, oriuntur
interdum, sed interim agētes aliquid. Feriant aliquā-
do, sed sic, ut otij rationē pulchrē queant reddere. Et
si libet cessant etiam nonnunq̄, sed ut horum cessatio
plus adferat bonæ frugis, q̄ quorundam negotiosissi-
mā occupationes. Sic nimirum fortis, & gnauius mi-
res (conferam em̄ exemplum similius) dum in æstiuis,
aut hybernis agit, aut dum induciē prestānt, ut neces-
se nō sit in acie stare, aut excubare sub pellibus, tamē
ita lusus relaxat animū, ac uires reficit, ut lusus ipsi
militiam sapiant. Pugnat ad palum, iaculatur ad sco-
pum, torquet fundam, uibrat ad hastiam, decertat pala-
stra, cōcurrit lanceis, torrentē natatu transmittit, ar-
matus in equū insilit. Deniq; sic feriat ē belli munus,
ut ad ea redeat uegetior. Aliter ludat ganeo, aliter e-
gregius princeps. Aliter scurra iocat, aliter uir prob⁹
& integer. Ad hoc igit̄ exemplū cum nuper ualetudo
flagitaret, ut ingenij corporisq; uires diutinis atq; im-
modicis studijs laboribus fatigatas instaurare fasci-
remq; relicto Louanio, per aliq̄ Brabatię, Flandrięq;
oppida circūuectus sum, quo simul à libris aliquanti-
isper abessem, & amiculoꝝ eruditorum conspectu, fa-

4
bulisq; memet oblectarem. Neque sic tamen abesse po-
tui ab adamata bibliotheca mea, quin unum aut alte-
rum libellum, itineris comitem circumferrem, ut si
quando fortè in uehiculo non cōtigisset congerro sat
commodus, non deesset tamē, cuius colloquio tempo-
ris tædium fallerem. In his erant Officia Ciceronis,
Lælius & Cato, unā cum Stoicorum Paradoxis. Inui-
tarat autem uoluminis exiguitas, haud multum addi-
tura sarcinulæ pōderis. Ex huius lectione mi Tutor,
geminum fructum cepi, primum enim pristinæ con-
suetudinis nostræ, qua nihil esse potuit mellitius, me-
moriā sic mihi renouauit, ut incredibile animo per-
senferim uoluptatem. Deinde sic me totum inflamma-
uit ad honesti, uirtutisq; studium, ut iam pridem ni-
hil tale senferim, nostrates quosdā neotericos legens,
qui Christiani, Christianæ philosophiæ mysteria pro-
fitentur, & iisdem de rebus, magna ut nobis uidetur
subtilitate disserunt, sed æque frigide. Ego quid alijs
accidat nescio, mihi quid acciderit ingenue fateor, si-
ue id illorū uitio sit, siue meo. Sic subinde mecum in-
ter legēdum cogitabā: Hiccine ethnicus scribit ethni-
cis, prophanus prophanis? At in præceptis uiuendi
quanta æquitas, quanta sanctimonia, quanta sinceri-
tas, quanta ueritas, quā omnia cōsentanea naturæ,
quā nihil fucatum, aut somnolentum? Quem ani-
mum exigit ab his, qui gerūt rempublicam, ut admi-
rabilem illam, & amabilē uirtutis speciem ponit ob
oculos, quā multa, quā sanctē, imō quā diuini-
tus tradit, de gratis etiam iuuandis omnibus, de tuen-
da amicitia, de immortalitate animorum, de contem-
ptu earum rerum quarum gratia uulgus hodie, nō dī-
cam Christianorum, sed theologorum etiam ac mo-
nachorum, nihil non & facit & patitur. Pudebat inte-
rim nostrorū morum, qui sacris libris edocti, qui tan-
tis & exemplis, & præmijs prouocati, doctrinā euan-
gelicam profiteamur, nec præstamus. Describe nostris
Satrapis talem principem, aut magistratum, qualem
describit Cicero, dispeream nī cum sua imagine, ut de-
lirus ridebitur. Quis nunc rempublicā nisi spe lucri,
aut

AD IACOB. TVT. PRAEFA. 5

aut honoris gratia capeſſit? Quis non ita gerit, ut que-
ſtum facere uideatur, ut hoſtem agat eorū quibus de-
buerat etiam uitæ ſuæ diſpendio conſulere. Vbi repe-
rias inter Chriſtianos par amicorum ad hanc imagi-
nem, quā proponit. M. Tullius? Vbi ſenes, qui tam in-
fraſto animo ferant ætatis incommoda? ubi tam ſan-
cta ſenum cum iuuenibus colloquia? Nunquam ante
hæc magis expertus ſum uerum eſſe, quod ſcribit Au-
guſtinus, ex ethnicorum benefactis, acriorẽs addiſti
mulos ad uirtutem quā in noſtratium, cum ſubit ani-
mo, quā turpe ſit, non ea perſpicere peccus euange-
lica luce illuſtratum, quod perſpectum eſt ijs, quibus
ſola naturæ ſcintilla prælucebat. Non præſtare nos,
qui ſub Chriſti uexillis militamus piciati, qui ſtipen-
dium immortalitatis ab eodẽ expectamus, quod præ-
ſtiterunt ij, qui nihil hominis à rogo ſuper eſſe, aut ſu-
ſpicari ſunt, aut planè crediderunt? Et poſtea non de-
ſunt craſſi quidam, qui ſtudioſos ab huiusmodi libris
deterreant, ceu poëticiſ ut uocant. & ad morum inte-
gritatem officientibus. Ego uero dignos cẽſens, quos
& omnibus in ludis prælegant adoleſcentiæ literato-
res, & ſibi legant relegantq; ſenes, quos olim emacula-
tos tibi dicaui, nunc denuo dico, non ſolum purgatio-
res, uerum etiam auctario cumulatos. Siquidem adie-
cimus libellũ de Amicitia, alterum de Senectute, ter-
tium de Paradoxiſ, atque in omnes annotatiunculas
quaſdam, breues quidem illas, ſed ni fallor haud qua-
quam incommodas, in quibus hoc potiſſimũ agimus,
ut quorundam moroſam in dicendo ſuperſtitionem
retundamus, qui ad ſingulas penè uoces reclamitant.
Non eſt Latinum, non reperitur apud probos ſcripto-
res. Ad hæc mēdas aliquot prodidimus, ante hæc à ne-
mine, quod ſciam, animaduerſas. Super eſt, ut quem
admodũ mihi in hoc labore uerſanti, Tutor ſemper
ob oculos uerſabatur, ita tibi cum hæc leges, Eraſmus
in mentem ueniat, tui cum primis & amans & ſtudio-
ſus. Bene uale. Louanij quarto Idus Septembris. An-
no, M. D. XIX.